

SCRIPTA

Numéro Scripta : 9365

Auteur(s) : Guillaume de Silly [particulier]

Bénéficiaire(s) : Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1168

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Guillaume de Silly confirme à l'abbaye de Savigny les dons faits sur ses terres.

Tableau de la tradition

Copies manuscrites

C. Caen, Musée des Beaux-Arts, coll. Mancel, 302, I, n° XXVI, p. 32-34 et VII, n° XXIII, p. 17-19. Copie du XXe siècle

Dissertation critique

Transcription : Claude Groud-Cordray (Cartulaire de l'abbaye de Savigny ou Liber cartarum domus Savigneii, episcopatu Cenomanensi, n° XXVI)

Texte d'après C

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti amen. Notum sit presenti et future generationi quod ego Guillelmus de Silliaco pro salute anime mee et uxoris mee et antecessorum ac successorum meorum venerari et fovere domum Savigneii plurimum desiderans possessiones universas que in terra mea habet protegere et a molestiis calumpniantium defendere Deo inspirante proposui omnibus diebus vite mee propositum hoc executurus ut autem ipsius possessiones salve et integre in perpetuum permaneat eas nominatim carta presneti exprimi et sigilli mei munimine ipsa roborari precepi. Ex dono itaque Hugonis patris mei habet abbatia torcular in Silliaco liberum et quietum cum pertinentiis suis excepto marco quod ad opus vinearum mearum retinui ego autem ad reparanda omnia que in torculari predicto reparari necesse erit concessi in perpetuum in nemoribus meis lignorum sufficientiam. Ex dono etiam patris mei habet in torculari Herberti Bidane tertiam partem liberam et quietam ego autem concessi quod predictae abbacie licentiam faciendi torcular ad premenda propria vinea sua liberum et quietum omnino. Ex dono Fulaudi habet eadem abbatia domum Fulcaudi cum cellario et vineas ejus et pratium quod juxta est libera omnino et quieta exceptis II solidis qui michi inde reddunt et II denariis quos reddit Guillelmo de Corletes. Ex dono ejusdem Fulcaudi oscam juxta Montem Frielos de qua redditur census octo denariorum. Ex dono Durandi vineam ipsius de qua michi redditur census sex denariorum. Habet et vineam parvam quam emerunt monachi a Galtero Firmato de qua redditur ausus II denariorum. Habet et vineam quam emerunt a Matheo Lucas de qua redditur census IIII denariorum. Habet ex dono Johannis Romade vineam ipsius de qua redditur census VI denariorum. Habet et vineam quam vendidit monachis Johannes Bufe de qua redditur census IIII denariorum et vineam quam vendidit monachis Garinus de Orta de feodo Roberti de Sancto Albino de qua redditur census IIII denariorum. Habet et vineam quam vendiderunt monachis canonici de Bello loco de qua redditur census VIII denariorum. Habet ex dono Gervasii Hai vineam ipsius quam dedit quando factus est conversus et Matheus filius ejus monachus concedente

uxore ejus et filiabus ejus de qua redditur census IIII VIII denariorum. Ex dono Garini de Freerne habet arpennum dimidium vinee ad crucem Gomberti de qua redditur census IV denariorum. Ex dono Garini Proprii habet pratum quod est inter pratum meum et pratum Herberti Fullonis liberum omnino et quietum. Ex dono Roberti Amorosi duas partes decime totius terre de Corrocons. Ex dono ejusdem duas partes decime de III arpennis vinearum insuper et terciam partem decime de II arpennis Veteris Vaunoisie. Supradictas possessiones et donationes ego firmas et stabiles in perpetuum manere concessi uxore mea et filiis meis easdem concedentibus monachis insuper et conversis predicte abbacie per totam terram meam libertatem et quietantiam dedi, ut ab ipsis vel eorum propriis famulis pro nulla re pasagium vel teloneum exigatur vel requiratur vel accipiatur nullusque quadrigas aut veturas eorum pro alique occasione disturbet aut impediat vinagia etiam de omnibus vineis quas habet in terra mea supranominata abbatia pro amore Dei quieta semper dimitto dum eadem abbatia vineas ipsas tenebit de rebus etiam suis quas in domibus a me sini concessis habebunt monachi teloneum vel passagium nullus accipiat de rebus autem aliorum preter proprias res monachorum secundum quod justum erit habeam quod michi debetur sicut in aliis domibus. Hec nostra concessio atque confirmatio facta est anno ab Incarnatione Domini M^oC^oLXVIII^o testes autem extiterunt Hugo et Guillelmus filii mei et magister Guillelmus, Hamelinus Suart, Guillelmus Maltravers, Goasius de Sancto Celerino, Rogerarde Pratis, Galterius de Bois, Herbertus Fullo, Guillelmus de Pollay, Fulco de Roiz, Hamelinus sacrista, Guillelmus de Foltorpe, Hamelinus de Vaceio, Rogerius filius Belot.